

Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Virtute ac Sacrameto Pœnitentiæ

Bosco, Jean a

Lovanii, 1670

Concl. VI. Mortaliter peccat, qui consitetur peccatum mortale, quod non fecit. Qui confitetur veniale, quod non fecit, solùm peccat venialiter.
Excipe casum, quo illud foret tota materia Confessionis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73393](#)

altus Charitatis, potest imperare actum voluntatis vindicativum peccati, & e converso ex actu imperativo vindicandi, potest imperare actum directionis Dei in se.

122.
Occurrunt
objectiones.

Nec obstat; quod volitus supernaturalis requirat cognitionem supernaturalem; nam licet hoc verum est, de quo Aliqui dubitant, adhuc negatur haec Consequentia; ergo actus supernaturalis imperatus, requirit actum supernaturalis imperantem. Disparitas una jam est assignata; quia voluntas est, que imperat, & non ipse actus; similiter voluntas est, quae obedit, & non ipse actus: jam autem ipsa cognitio est, quae immediate proponit objectum supernaturaliter amandum; quid ergo mirum, si requiratur propositio supernaturalis? Putas quia amor materialis potest procedere a cognitione spirituali? Et tamen actus supernaturalis bene potest imperare actum naturalium, ut omnes fatentur; ergo non requiritur illa proportio inter actum imperantem, & imperatum, que requiritur inter actum cognitionis, & actum volitionis.

123.
Cuiilibet
principio
cognoscitivo
corre-
spondet ap-
petitus eli-
ctus sui or-
dinis.

Ratio differentiae (si forte prior nos sufficiat) quia sicut cuiilibet nature respondet suus innatus appetitus; ita cuiilibet principio cognoscitivo, appetitus elicitus sui ordinis. Unde principio cognoscitivo spirituali, non potest correspondere appetitus elicitus materialis, nec vice versa: hoc autem non habet locum in actu imperante, & imperato, ut constat per experientiam, cum voluntas impetrat actus potentiae materialis.

Ratio posterior; quia datur viventi principium cognoscitivum, ut querat bonum sibi conveniens, & fugiat malum sibi disconveniens; ubi ergo est duplex vita, spiritualis, & materialis, etiam duplex principium cognoscitivum, spirituale, & materiale; consequenter ubi tercia vita, scilicet supernaturalis, etiam tertium principium cognoscitivum, putat supernaturale; ad quid, nisi ut sit proportio inter cognitionem, & volitionem? Enimvero cognitio est quidam quasi essentia praequiritum, & plane necessarium ad elicendum actum voluntatis. Quid ergo miramur, si major proportio requiratur inter cognitionem, & volitionem, quam inter actum imperantem, & imperatum? Quippe imperium istud est plane extrinsecum actu imperato.

124.
Objec-
tio-

Dices; actus appetitus sensitivi, non potest imperare actum intellectus vel voluntatis, idque quia illi actus spectant ad diversas vitas; ergo similiter, cum actus naturalis, & supernaturalis spectent ad diversas vitas, naturalis non poterit imperare supernaturalem, nec e converso.

Solvitur.

Respondeo rationem Antecedentis non esse illum, quae assignatur; sed quia nulla potentia potest imperare actus, quos non habet pro objecto; porro actus spiritualis, sicut non

poteat esse objectum sensuum externorum, ita nec appetitus sensitivi. At vero utrumque adhuc tam naturalis, quam supernaturalis, sicut est objectum intellectus, ita etiam voluntas ergo nulla est ratio, quare voluntas per unum actum non possit imperare alium.

Quae cum ita sit, judicio, nullatenus recordandum à Conclusioni, qua fieri communior, ita longe probabilior est; & nimis durum forcer, omnes Confessiones, ex circumstantia aliqua venialiter peccaminos, invalidare. Ita ideo consequenter existim, non omnem Confessionem infidelem esse invalidam. Rogas à me, si non omnis, an saltem aliqua sit invalida? Et si aliqua, quae, & quae non? Responso erit

CONCLUSIO VI.

Mortaliter peccat, qui confitetur peccatum mortale, quod non fecit. Qui confitetur veniale, quod non fecit, solus peccat venialiter. Excipe casum, quo illud foret tota materia Confessionis.

Ex hac Conclusione liquet manifeste, quae Confessio infidelis sit invalida, & quae valida. Confessionem fidelem hic voco,

qua sit absque mendacio; infidelem; qua sit cum mendacio; & quamvis Aliqui existimant, omne mendacium in Confessione esse mortale, & per consequens omnem Confessionem infidem per se loquendo esse invalidam; equidem non pauci, graves, prudentes, & sapientes Viri nobilium sentunt, ut patet ex dictis sect. 4. concl. 7. ad quam remitto Lectorem.

Interim probatur prima pars Conclusionis, quia pervertitur iudicium Confessarii in te gravi, id est, in materia necessaria Absolutionis. Veluti cum penitentes negat peccatum mortale, quod hic & nunc tenetur confiteri, qui secundum omnes Doctores peccat mortaliter. Et aliqui sine multo examine posse confiteri species, & numerum peccatorum, quod est contra mentem & proxim omnium fidelium. An autem Sylvester infinitus hanc esse materiam levem, ac prouinde peccatum veniale, ut scribit Suarez disput. 22. sect. 10. nu. 10. unusquisque facile colliger ex his quae subiiciuntur.

Sylvester verb. Confessio q. 8. inquit: Accutus se de peccato, quod non fecit, in Confessione, secundum Multos peccat mortaliter; ne quod verum est, si quis se acuseat in speciali de mortali in certo casu: quia se inquit infamat.

Nec

Nec obstat cap. Ad eius. dist. 5. dicens: Bonorum mentium est, ibi etiam culpas suas agnoscere, ubi culpa non est, quia intelligitur de agnitione dubitativa & formidolosa. Non autem est mortale, se accusare peccatorum magnus in genere; nec, se accusare de veniali non commisso in specie, immo nec de mortali in casu dubio ad consilendum conscientiae, dummodo non alteratur certe, sed dubie vel probabilitate, etiam si quis plus iusto aliquanter se aggravet ad tutam conscientiam; quia illa praeponenda est fama. Hec illa.

Et verb. Mendacium q. 3, lego sequentia verba: Mortale est in judicio mentiri de spectantibus ad judicium, ut si accusatus neget veritatem, aut rectis falsum deponat, nisi, debitâ deliberatione, & sollicitudine adhibita, putare se certum esse de eo, quod falsum est. Et generaliter, secundum Durandum, omne mendacium, quod in judicio dicitur, præter jocum, de his, quæ ad judicium pertinent, est perniciosum & mortale, quia pervertit veritatem judicii, quod cedit in perniciem universitatis; quod limita, quantum ad ea, de quibus, qui mentitur, tenetur dicere veritatem, non aliter. Haec enim Sylvester, qui proinde merito citatur à Suario supra pro nostra & communia sententia.

Nihilominus pro contraria opinione posset quipiam argumentari; quia tale mendacium non est perniciosum; quamvis enim penitentes decipi Confessorem, tamen decipi contra se; idque non facit illi gravem injuriam, sibi autem non potest inferre injuriam; neque etiam infer sibi grave documentum contra Charitatem propriam; quia vel est dominus famæ sue, vel illa infamatio in Confessione reputatur levius respectu ejus, qui potest cedere juri suo: & sepè etiam potest esse levius ex materia; quia in aliqua persona peccatum aliquod mortale non est gravis infamia, verbi gratiâ, si miles diceret occidi hominem, qui me injuria afficerat. Neque etiam respectu Sacramenti videntur gravis injuria; quia confiteri sic peccatum veniale, non est gravis injuria, ut dicit secunda pars Conclusionis.

Respondet; confiteri peccatum mortale sicut mortale posset peccato, xim omni infunxit de peccato, 22. Sunt colligunt ex unit: Ac in Con- ornatates; pec- speciali de infamat. Nec

Respondeo; confiteri peccatum mortale sicut, non id est peccatum mortale; quia penitenti fiat injuria sive in fama, sive in impositione gravioris penitentia; quam alias mereatur; nam scienti & volenti non fit injuria, presertim illi, qui potest cedere juri suo, sicut hic potest, nisi per accidentem infamatio, aut impositio gravioris penitentia, vergeret in grave derrimentum tertii, à quo abstrahit hæc difficultas.

Cur ergo est peccatum mortale? Resp. quia pervertitur judicium Confessarii in materia gravij est, in materia necessaria Sacramenti. Vobis haec perversio injuria respectu Confessarii, vel non vocetur, quæstio est de nomine. Cer-

tum est, Confessarium judicium hoc exercere non posse incognitâ causâ; si ergo habet jus exercendi hoc judicium, etiam habet jus cognoscendi causam; ergo facit veram injuriam Confessarii, qui pervertit cognitionem culpe, proinde sicut peccat mortaliter, qui pervertit cognitionem fœti extermi in re substantiali, cur non itidein, qui pervertit cognitionem causæ fœti sacramentalis in re substantiali?

Et quamvis qui confitetur peccatum venia, 128. le fictum, eritam pervertit hanc cognitionem; Qui con- eque non in re substantiali seu necessaria, fice ur ven- ale fictum, non perver- sit judi- cum in re gravi.

Sic ergo in judicio humano non est peccatum mortale mentiri circa aliquam levem circumstantiam facti, ex quo mendacio non sequetur tertio aliquod grave damnum, ita nec in judicio sacramentali. Neque enim apparat aliqua ratio, quare omnis pervertit judicium debet esse mortaliter, & non possit dari parvitas materia; nam etiam datur levis irreverentia seu injuria respectu Sacramenti, ut ex aliis multis casibus patet. Cur ergo non similiter in hoc casu?

Si dixeris: quia semper falsificatur forma; 129. ad hoc respondimus fact. 4. concl. 7. Vide ibi Objecto dicta. Admisit gratis falsificatione, quare una non poterit esse in materia levi, alia in materia gravi; per consequens una mortaliter, & altera venialis?

Dices; quia juramentum, cui dicitur veritas infamia: in dicendo, semper est mortale in qualcumque demum materia. Respondeo; per juramento, solvitur tam assertorium falso, homo, quantum in se est, destruit & auferit à Deo primam veritatem; quippe significat Deum posse testificari falso tamquam verum, quod semper est gravissima Dei injuria. At vero falsitas partialis formæ, nullum destruit attributum divinum. Quod enim illud esset? Non bonitas, ut evidens est: non etiam veritas; nam licet Sacerdos proferat formam ut Minister & Vicarius Christi, euidem non nomine Christi, sed nomine proprio, ut patet ex particulâ, Ego, quæ non significat Christum, sed Sacerdotem. Ipse ergo Sacerdos est, qui falso loquitur, non Christus, aut Deus; neque enim illa verba: Ego te absolvō à peccatis tuis, significant audientibus conceptum, quem Deus habet de remissione peccatorum; sed quem habet Sacerdos. At vero dum quipiam iurat per Deum, inducit Deum tamquam loquentem & affirmantem, rem sic; aut sic se habeat; nisi ergo res ista ita se habeat, sicut per verba significatur, iurans, quantum in se est, facit Deum loqui, seu affirmare falso.

Tunc ergo levitas materiæ facit peccatum 130. esse veniale, quando diminuit formalem deordinationem, inventam in tali materia respectu talis peccati; v. g. levitas materiæ diminuit peccatum esse veniale.

l. iii 3 autem

autem leve mendacium repugnat veritati divine non mindis, quam gravissimum, quamquam minus repugnet veritati judicij sacramentalis, ac fori externi; & ideo hic facit peccatum veniale, sc̄us ibi; nam hic diminuit formalem deordinationem inventam in tali materia, sc̄ilicet perversione judicij, neutriquam ibi; quippe ablato seu destruccióne veritatis divinae semper est gravissima, quoniam est destruccióne essentiæ divinæ; quaenam possit esse venialis ex parvitate materia, nolo hic disputare; quia nemo ambigit, semper esse mortale.

161.

An peccet mortaliter qui confiteatur peccatum mortale tamquam primitus confessum?

Dubitant autem Aliqui; an peccet mortali-
ter, qui confiteatur peccatum mortale fictum,
tamquam antea confessum. Videtur enim quæ
peccati venialis, eadem esse rationem hujus-
modi peccati mortalis; cum non subiciatur
Clavibus Ecclesiæ, tamquam materia necessaria,
sed tamquam materia libera. Unde quan-
vis Sacerdos, hoc ipso, quod audit aliquod
peccatum mortale, numquam confessum, sup-
ponat ut omnino certum, illud dari, & quidem
per se, pro materia, ac proinde suam intentionem & verba Absolutionis absque ulla hæsi-
tatione dirigat ad illam materiam; quidem quando audit peccatum mortale antea confessum,
non plus curat de illo, quam de peccato ve-
niali, neque aliam pro isto, quam pro hoc im-
ponit Pœnitentiam.

162.

Arguitur pro sententia negativa ex Lugo.

Sed contrà; per peccatum veniale non de-
cipitur graviter iudex, sicut per peccatum mor-
tale, quod quamvis asseratur, ut dictum jam
in alia Confessione, adhuc tamen videtur sub-
jici huic iudicio, & variat notabiliter iudicium
Confessorii circa conscientiam pœnitentis; non
quidem in ordine ad imponendam graviorem
Pœnitentiam. (hanc enim prudenter omittit,
eo quod in alia Confessione si jam imposta
Pœnitentia condigna pro eodem peccato) sed
in ordine ad concepere, & extimationem de
conscientia pœnitentis; quod attinet ad cul-
pam præteritam. Ita discurrit Lugo disp. 14.
n. 125. Ac propter docet, neminem posse
absque culpa grave accusare se in Confessione
de aliquo mortali fallo, etiam si diceret, se jam
illud iterum confessum fuisse.
Et vero licet haec opinio non displiceat Di-
cassilloni, attamen probationem ejus rejicit
disp. 8. n. 56. dicens: Si sermo sit de extima-
tione & iudicio conscientia pœnitentis tan-
tum in extimatione, quam habet Confessorius
de tali homine, non ut servit ad Absolu-
tionis sententiam, sed qualcum potuisse habere,
si etiam extra Confessionem (e infamia) apud
ipsum; nihil prodest ad præsens negotium, &
de hoc genere extimationis aut infamie jam
diximus supra, esse ordinariè veniale pecca-
tum. Si vero sermo sit de iudicio in ordine ad
extimationem requisitam ad Absolutionem,
petit principium, & assumit id ipsum, de quo

Rejicitur à

Dicass.

disputamus. Haec enim Dicassillo.

Quapropter meliorem qualibet rationem,
quam etiam putat se inventisse; est autem haec:
Supponere in Confessione peccatum mortale
falsum, non dicendo illud jam esse dictum le-
gitime in alia Confessione, et materia gravis;
& in materia gravi falsum reddere Absolu-
tionem, aut decipere in ea Confessione, peccatum
grave est; sed addere novum mendacium; dicen-
do, quod jam illud legitime confessus fuerit
prius, non est materiam gravem convertere in
leven, sed accumulare mendacium alteri
men cœsorgo eodem modo manet materia gra-
vis; si illud addatur, five non. Ita Dicassillo
suprà n. 58.

Et n. 61. consequenter admittit, confiteri
aliquid peccatum mortale, adhuc semel remi-
ssum per Absolutionem, finē debito dolore, est
peccatum mortale; quia videlicet semper ma-
net peccatum mortale, adeoq; materia gravis.

Sed contrà; ergo etiam peccare mortali-
ter, qui pro peccatis mortalibus gravissimi, adhuc
semel confessis, imponere levissimam Pœni-
tentiam. Probatur Concl. quia peccata
mortalius imponendo levissimam Pœnitentiam
pro peccatis gravissimi, nunquam ante
te confessis; sed illa peccata per priorem
Confessionem non fiunt materia levissima,
sed manent semper materia gravissima; ergo
&c. Sed hoc repugnat communī sensu ua-
pœnitentium, quam Confessorium; ergo
non est admittendum. Sicut ergo illa peccata
gravissima fiunt levissima, ut sic loquitur
in ordine ad imponendam Pœnitentiam; quidam
similiter fiant materia levius aut levissima in
ordine ad Absolutionem? Nam imponens
Pœnitentiam subordinatur Absolutioni; si
ergo respectu Absolutionis est materia gravis,
etiam respectu Pœnitentie; vel si levius respe-
ctu Pœnitentie, cur non etiam levius respectu
Absolutionis?

Debet Sacerdotes Domini (inquit Trident. 1. 1.
sess. 14. c. 8.) quantum spiritus & prædania leg-
gererit, pro qualitate criminis, & penitentiam
facilitatem, salutares & convenientes satissimum
inungere. Si ergo prudenter Sacerdos pro gravi-
ssimiis criminibus, semel ritè absolvit, im-
ponit levissima quedam opera, idque quia peccata
in levißima apprehendit in illa peccatum
venialium, five, quia iudicat condigna
panitia in priori Confessione; dico consequen-
ter, etiam apprehendere illa peccata in illa
peccatum venialium in ordine ad Absolu-
tionem; proinde licet in se sint gravissima
materia, equidem Confessorius non decipiat
in materia gravi, sed solùm in materia levi
quia prudenter materiam alioquin in se gravi-
rem, hic & nunc apprehendit tanquam le-
vem; id est, tanquam primitus disculsum, &
sufficienter iudicat per directam Absolu-
tionem. Ergo quæ peccati venialis sit, ce-
dem

dem est ratio mortalis facti, quando exprimitur tanquam adhuc semel ritè absolutum; quia utrumque apprehenditur instar materiae levis, id est, materia non necessaria ex jure divino Confessionis.

Hinc existim, si Deus peccatum mortale reliqueret materiam liberam Confessionis, sicut reliquit peccatum veniale, ita ut unum mortale posset remitti sine alio per Absolutionem; existimo, inquam, quod non peccare mortaliter, qui confiteretur peccatum mortale fictum, aut verum absque sufficienti dolore, excepto casu, quo illud foret tota materia Confessionis. Et vice versa, si peccatum veniale esset materia necessaria ex jure divino Confessionis, sicut modo est peccatum mortale, dicerem, esse peccatum mortale decipere Confessarium in uno tantum peccato veniali. Licet enim tali casu verbum otiosum v.g. foret materia levius in ordine ad prohibitionem, equidem gravis in ordine ad Absolutionem; quia ejus Confessio necessaria ad valorem Sacramenti. Et contrà, tametsi forniciatio v.g. foret materia levius in ordine ad prohibitionem, equidem levius in ordine ad Absolutionem; quia ejus Confessio minime necessaria ad valorem Sacramenti.

Veluti, tametsi Ablutio aquæ in Baptismo, in se sit materia levissima, nihilominus est materia gravissima in ordine ad Baptismum; quoniam omnino necessaria ad valorem Sacramenti. Idem cernitur in peccato veniali, quod unicum datur pro materia Confessionis, in quo si Confessarius decipitur, utique decipiatur in materia gravi, quamvis ipsum peccatum in se sit leve; quia in ordine ad illam Confessionem est materia levius, utpote necessaria ad valorem Absolutionis.

Dices, in iudicio humano gravitas materiae non commensuratur necessarii materiae, sed res, que voluntarie subjicitur decisioni iudicis, in se ipsa consideratur, & secundum se ipsam existimatur gravis aut levius: ergo similiter in iudicio sacramentali.

Resp. eriam in iudicio humano res semel judicata & decisa, que tantum pro majori securitate, planè voluntarie absque ulla necessitate iterum sujicitur decidenda, non existimat gravis, et si aliquoquin primâ vice, quando nondum erat decisa, gravis existimaretur, si eum nec idem crimen semel justè puniatur, et si rursus libere in iudicio humano ad maiorem satisfactionem exhibeatur puniendum, solet graviori pena puniri.

Deinde in iudicio humano non consideratur materia gravis, qua non est de substantia iudicii hic & nunc, id est, quia non consideratur iustum profertur iudicium; est si aliquoquin in se gravis sit & gravis existimatetur, si ea prætermissa iudicium foret injustum. Ergo in iudicio humano gravitas causa, non solum desumitur

ex gravitate rei secundum se considerate, sed etiam ex hoc, quod si necessaria hic & nunc ad judicium.

Interim disparitas aliqua est; quod ex institutione Christi omnia peccata mortalia sint materia necessaria iudicij sacramentalis, ita ut velint nolint penitentes, debeant ea offere judicanda; plures autem sunt cause, etiam gravissimæ, quae absque iudicio humano possent decidi, quæ tanq; si voluntarie eidem subficiantur, non propter ea perdunt suam gravitatem; idque quia vergunt in detrimentum tertii, ad quod impertinens est, quod necessaria, vel voluntarie subficiantur.

Si autem à me queritur, an ergo votum de confitendis peccatis mortalibus jam ritè confessi, obliget sub mortali? Resp. si votum de confitendis peccatis venialibus non obliget sub mortali, neque obligabit votum de confitendis peccatis mortalibus jam ritè confessi, quod autem non obliget sub mortali votum de confitendis peccatis venialibus, unde constat? Scio Nonnullus solam obligationem sub veniali agnoscere, fundantes se in levitatem seu parvitatem materiae; sed, meo iudicio, fundamentum istud non est solidum: licet enim peccata ipsa in se parva sint, attamen Confessio istorum peccatorum, qua propriè est materia hujus voti, cur debet confiteri res parva, cum sit verum Sacramentum, æqualis dignitatis cum Absolutione peccatorum mortalium?

An forte existimas, minus peccare eum, qui in malo statu absolvit à venialibus, quam eum, qui in malo statu absolvit à mortalibus? Aut mortaliter peccare, qui invalidè absolvit à mortalibus, tecu qui à venialibus? Erras totò Cœlo. Ergo Confessio venialium est materia capax gravis obligationis, ut probavimus sect. 6. concl. 6. & sect. 4. concl. 7. cur ergo votum de confitendis venialibus non obliget sub mortali?

Nunquid Confirmationē Sacramentum libefun est, ideo votum ejus non obligaret sub mortali? Et verò auditio Missæ, Ieunium, Lectio Horarum Canonarum, & similia, quæ non sunt signa practica gratiae sanctificantis, nihilominus materia sunt sufficiens, ut sive ex precepto, sive ex voto obligent sub mortali; tur ergo Confessio venialium, signum efficax gratiae sanctificantis, non erit materia capax gravis obligationis sive ex precepto, sive ex voto?

Igitur gravitas Confessionis non dependet à sola gravitate peccatorum, sed maxime ab institutione Christi, qui eam elevavit ad esse Sacramentum, quod esse tam propriè inventitur in Confessione venialium, quam mortalium. Prout diversa sunt, Confessionem esse materiam gravem voti, aut precepti, & peccata venialia, aut mortalia semel directè absoluta, esse materiam gravem Confessionis.

Uicum-

167.
An votum
de confi-
tendis
mortalis-
bus ritè
confessi,
obliget sub
mortali?

168.
Votum Se-
cramenti
Conferma-
tionis obli-
gat sub
mortali.

169.
Non ne
mendacium
in Confes-
sione ad-
missum est
peccatum
mortale.

Utcumque ergo sit de hac controversia, sentio cum Tannero disput. 6. de Pœnit. q. 7. n. 21. Non omne mendacium de rebus ad Confessionem spectantibus, in Confessione admisum, esse peccatum mortale; sed, per se loquendo, solum, quando est circa materiam necessariam Confessionis, peccatum scilicet mortale nunquam ritè confessum, aut talem circumstantiam, quam sub mortali necessariò in Confessione exprimendam esse constat. Ita Tannerus, qui testatur de Communi DD. contra Caeterum 2. 2. q. 69. a. 1. ac 3. qui docuit, inquit, Tannerus, omne mendacium in Confessione, circa rem ad Confessionem pertinenter, esse mortale.

Ex his patet à fortiori, quid sentiendum sit de mendacio, circa rem impertinentem ad Confessionem; videlicet, per se loquendo, non esse peccatum mortale sacrilegii. Ita communiter DD. quavis enim indignum sit peccare venialiter eo tempore, quo homo preparat se ad recipiendam remissionem peccatorum; equidem non offenditur notabilis irreverentia, sicut non est notabilis irreverentia, accedere ad Sacramentum Eucharistiae cum affectu peccati venialis.

170.
Aliquod
potest esse
peccatum
mortale sa-
cilegii

Dico; Per se loquendo, quia aliunde fieri potest, quod sit peccatum mortale, prout quia graviter perniciosum, quo casu Confessio erit invalida defectu debiti doloris, per consequens peccatum mortale sacrilegii; quemadmodum peccatum mortale sacrilegii est, confiteri peccatum veniale fictum, quando illud foret tota materia Confessionis, que est ultima pars Conclusionis, de qua fatis prolixè disputavimus sec. 4. concl. 7. & ibi dicitur nihil hic habeo addendum.

Progeditor itaque, & has propono quaestiones; utrum sine peccato mortali possit quis dissimulare; peccata, quæ nunc confiteruntur, prius fuisse directè absoluta, vel non fuisse directè absoluta. Item uni Confessario sola mortalia, alteri autem sola venialia confiteri. Respondere ad utramque questionem:

CONCLUSIO VII.

Non peccat mortali sacrilegio, qui dissimulat peccata, quæ nunc confiteruntur, prius fuisse directè absoluta, vel non fuisse directè absoluta. Item qui primo Confessario sola mortalia; secundo autem sola venialia confiterit. Antem autem sola venialia confiteretur.

171.
Probatur
ultima pars
Conclusionis

Incipio ab ultima parte, que minorem, immo vix ullam habet difficultatem; quavis enim secundus Confessarius decipiatur, putans laum peccantem illa sola peccata ve-

nialia fecisse ab ultima Confessione libiata, & ideo bonam concipiatur existimationem de ipso, quam non conciperet, si mortalia simul cum venialibus fuisse confessus; equidem peccantem non mentitur, sed confitens sua verecundia, & bona existimatione proponit illa peccata, quæ verè fecit; non negat se alia fecisse.

Immo tamen Confessario interroganti responderet, se nulla alia fecisse, quavis tunc mentitur (nisi uteretur legitimā refutatione, sicut posset uti, cogitando, se nulla alia fecisse, quæ hic & nunc debet confiteri; de talibus enim, & non de aliis confitetur Confessarius interrogare) adhuc non peccare graviter contra veritatem Confessionis, quia est mendacium de re impertinenti ad Confessionem, ut patet, & non graviter perniciosum, ut suppono; ergo Confessio valida si reliqua adint; ergo non peccare mortali sacrilegio. Melius tamen est finiter totam conscientiam ordinario Confessario aperire.

Dixi notanter: Si primo Confessario &c. quia si primo Confessario sola venialia confiteatur, liquet profectò Confessionem esse invalidam defectu integratis, nisi subit justa causa ita dimidiandi Confessionem. Ratio est; quia integratis postulat, ut omnia peccata mortalia specificè, & sigillatim declarentur, quod tunc non fieret; sit autem, quando sola mortalia peccata declarantur primo Confessario, & sola venialia secundo.

Intellige, per se loquendo; si enim, quia penitentia secundo Confessario non exprimit peccata mortalia, propterea permanet in proxima occasione, peccandi mortaliter; hanc dubito, quin violetur integritas Confessionis nam velle manere in proxima occasione peccandi mortaliter, est peccare mortaliter; nisi ergo hoc peccatum declaretur, Confessio non erit integra, per consequens invalida, & peccatum mortale sacrilegii. Conclusio ergo intelligenda est de per se, nisi aliquid aliud obstat, quæm deceptio permisiva Confessarii circa bonam ac sanctam vitam conscientis, ita communiter DD. quos vide poteris apud Dianam p. 3. tr. 4. refol. 132. quos sequuntur Lugo d. p. 16. a. 57. Arraga, Dicillo, & alii Recentiores.

Qui bene advertunt, Confessarios non debere conscientias ordinariorum peccantium coarctare, ne ad alios accedant, cum id sit contra libertatem Confessionis, que etiam hac occasione interdum per verecundia faciliter instituitur.

Venio ad primam partem Conclusionis, qua magis disputabilis est. Et primo notandum, aliud esse dissimulare, aliud simulare, quoniam, ut communiter docent Theologi, in hanc persecutionibus per se licet fugit peccatum immo precipuis exteriorem fideli Confessionem declinare,